



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 28. Mechliniensis Archiepiscopi sententia in Nicolaum Blancquaert de Jansenismo convictum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. crediderunt, eoquod Petrus per Leo-  
 A. C. 1703. nem locutus esset. Denique Episcopus  
 illis, qui nonnisi obsequioso silentio  
 Pontificum Constitutiones recipiunt,  
 hæc Gregorii Magni verba applicabat:  
*Perversi homines, qui trium Capitulorum  
 occasione reperta Ecclesiasticam disciplinam  
 fugiunt, de suis carnalibus actibus repre-  
 hendi pertimescunt, subesse Sedis Aposto-  
 licæ præceptis nolunt, Et dum neque in fide  
 recti sunt, neque bonis operibus intenti,  
 student, ut certare pro fide videantur, sic-  
 que fit, ut quotidie deteriores fiant, dum  
 in eis culpa gravescit, quæ quasi de Zelo  
 fervoris videri etiam laudabilis appetit.*

## §. XXVIII.

*Mechliniensis Archiepiscopi sententia  
 in Nicolaum Blancquaert de  
 Jansenismo convictum.*

Præterea Mechliniensis Archiepisco-  
 pus in varios de Jansenismo con-  
 victos auctoritate etiam Regia animad-  
 verti iussit, ac præprimis in Nicolaum  
 Blancquaertum, qui noxios ejusmodi  
 libros approbavit, & damnatæ Jansenii  
 doctrinæ adhæsit, Bruxellis die deci-  
 ma tertia Junii anno sequenti hanc  
 pronuntiavit sententiam: „In causa  
 „Officii coram nobis mota, & indecisa  
 „pendente inter Procuratorem ejusdem  
 „Officii



„Officii Actorem ex una, & Patrem Sæc. XVII.  
 „Frat. Nicolaum Blancqueart ordinis A.C. 1702.  
 „Fr. *Beggardorum* Religiosorum Pres-  
 „byterum citatum ex altera partibus:  
 „visis ejusdem causæ actis & actitatis,  
 „omnibusque mature consideratis &  
 „perpensis, notanter responsione per-  
 „sonali citati, pro utilitate Decreti  
 „nostri, quo ipsum ab ampliando se-  
 „clusimus, causam habentes sufficien-  
 „ter instructam, ut jus dicatur, de plu-  
 „rium Theologorum & Jurisperitorum  
 „Nobis communicato consilio & assensu,  
 „Christi nomine invocato, dicimus,  
 „decernimus, ac declaramus, ex præ-  
 „memoratis actis Nobis constare, præ-  
 „dictum citatum usque adeo sui fuisse  
 „oblitum, ut non obstantibus tot De-  
 „cretis Pontificiis, aliisque Constitu-  
 „tionibus Apostolicis, quæ contra hæ-  
 „resin *Jansenianam* emanarunt, adhuc  
 „ausus fuerit adhærere Doctrinæ in Jan-  
 „senio condemnatæ, idque per Theses  
 „suas, & per varias approbationes,  
 „quas citatus sub fictis, seu anagra-  
 „maticis nominibus N. *Klabart*, F. A.  
 „*Lankbert*, *Victorin Kalenbert*, *Natha-*  
 „*nael Clibose*, *Quintianus Barcollac* de-  
 „dit ad Libros Augustini Kergre,  
 „seu verius Domini Gabrielis Gerberon  
 „Benedictini Galli, *Bajanismum & hæ-*  
 „*resin Jansenianam* continentes: quæ  
 G 3 „certe



Sæc. XVII. „certe talia sunt, ut citatus graviter,  
 A. C. 1703. „& exemplariter mereatur puniri, sed  
 „quia ipse, pendente hac lite protesta-  
 „tus est, quod se velit submittere, &  
 „emendare, mitius & paterne cum ipso  
 „precedentes, condemnamus solum-  
 „modo citatum, ut emittat fidei pro-  
 „fessionem juxta Bullam Pii IV. & re-  
 „cipiat omnes Bullas contra *Bajani-*  
 „*um & hæresin Jansenianam* editas, &  
 „formulæ *Alexandrinæ* subscribat, sin-  
 „cere, absque ulla distinctione, re-  
 „strictione, aut expositione, damnan-  
 „do 5. Propositiones ex libro C. Jan-  
 „senii excerptas in sensu obvio, quem  
 „ipsamet propositionum verba præ se  
 „ferunt, etiam cum respectu habito  
 „ad sensum obvium dictæ formulæ, &  
 „præfatas approbationes suas revocet  
 „& annullet: ipsi nihilominus inhiben-  
 „tes, ne in hac Diœcesi doceat, cate-  
 „chizet, aut concionetur, Theses, aut  
 „aliqua scripta edat, aut quocunque  
 „modo approbet, vel se regimini ani-  
 „marum immisceat, donec aliter judi-  
 „caverimus statuendum: condemnan-  
 „tes citatum in expensas. Ita in his  
 „scriptis sententiamus.,

Huic sententiæ sincero animo sese  
 subiecit Blancquaertus, declarans, se  
 omnibus Pontificum Constitutionibus  
 contra Bajum & Jansenium editis,  
 nec



necnon formulæ Alexandri VII. sincere, Sæc. XVII.  
 & sine ulla restrictione subscribere, & A. C. 1703.  
 fidei professionem juxta Bullam Pii IV.                       
 edere, paratum esse.

§. XXIX.

*Franciscus Pignatellus Neapolitanus*  
*Archipræsul a Pontifice Romana*  
*Purpura decoratus.*

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Theatr. Eu-  
rop. t. 16.  
 Maximus Mutinæ Ducem, cujus pag 345.  
 Ducatum immiffis copiis, eoquod Caro- Vit. Card.  
 lum Archiducem pro Hispaniarum Rege t. 2. p. 182.  
 agnoviffet, Galli fisco addixerant, ac sibi  
 a populis fidei sacramentum dici impe-  
 raverant, unacum ejus uxore & liberis  
 perbenigne excepit, huic etiam die vi-  
 gefima nona Decembris, quicquid a  
 Pontificia auctoritate in illius solatium  
 proficisci potest, datis literis benigne  
 pollicitus, significabat, quod Ducem cum  
 Franciæ Rege confiliaturus, omnem  
 operam impenderit, ac desuper acres  
 literas ad eundem dediffet. Die  
 autem decima septima ejusdem Mensis  
 summus Pontifex Franciscum Pigna-  
 tellum Archiepiscopum Neapolitanum  
 Sacro Purpuratorum Collegio solum ac  
 primum accensuit, gratitudinem suam  
 testaturus erga defunctum Pontificem,  
 cujus Nepos ex Fratre Julio erat Fran-  
 ciscus:

G 4                      ciscus: